BEDA VENERABILIS
Salzburg, St. Peter, 1. Viertel 9. Jh.
Seite 92
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38278
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek

lorum non sapientiae uerbis conposita sed diuinae uocationis munere pueniret.

Et cum hoc fecissent conclauserunt piscium multitudinem copiosam rumpebatur autem rete eorum.

Prae multitudine piscium rete rumpebatur quia nunc a confessione fidei etiam cum electis reprobi intrant. qui ipsam quoque ecclesiam heresibus scindant. Rumpitur autem rete sed non labitur piscis quia suos dominus etiam inter persequentium scandala seruat.

Et annuerunt sociis qui erant in alia nauem ut uenirent et adiuuarent eos.

Alia nauis ut praediximus est ecclesia degentium: quae etiam ipsa non sufficiente una nauicula piscibus impletur electis quia nouit dominus qui sunt eius. et apud ipsum certus est suorum numerus electorum. Dum quoque tot in iudea credituros non inuenit quia ad fidem utraque praedestinatos nouit aeternam quasi alia nauis receptacula piscibus quaerens suis cordaque quoque gentium fidei gratia replet et beneficio regis sorte nauis aduocatur. Cum ante iudas proditor ante simon magus pisces nequissimi capti sunt ante annanias et saphira fidei rete sub dolo temptabat ingrediantur ut iohannes testatur. multi discipulorum eius abierunt retro et iam non cum illo ambulabant. accedendo barnabas et paulus ad gentium sunt apostolorum et secundi.

Et uenerunt et impleuerunt ambas naticulas ita ut mergerentur.

Harum implego nauium usque in finem seculi crescet sed quia impletae mergunturque hoc est in submersione peremuntur. Non enim submersae sed non sunt periclitata. Apostolus exponit dicens. In nouissimis diebus erunt tempora periculosa et erunt homines seipsos amantes et cetera. Nam et nauis et homines in secundum ex quo elati per fidem fuerunt morum praecipitate relabi. Quales et ipse petrus adhuc in firmitate positus hoc loco demonstrat. Unde sequitur.

Quod cum uidisset simon petrus procidit ad genua iesu dicens exi a me quia homo peccator sum domine.

Quia carnalis quia carnales quique in ecclesia regimen spiritalium in quibus maxime christi persona eminet a se quodammodo repellunt. Non enim hac uice linguae dicunt bonis ministri dei uteos a se repellant sed uoce morum et actuum suorum suadent a se recedi ne bonos regantur et eo uehementius quo deferunt eis honorem. et tamen factis suis a se recedere admonent ut honorificentia eorum significauerit petrus cadens ad pedes domini. Mores autem in eo quod ait. Exi a me domine quia peccator homo sum. quod tamen quia non fecit dominus. Non enim recessit a eis sed eos sub ductius nauibus ad litus perduxit. significat in bonis et spiritalibus uiris non esse opostere hanc uoluntatem ut peccatis turbarum commoti quo quasi securius tranquillius que uiuant munus ecclesiasticum deserent.

Et ait ad simonem ihs nolite timere.

Confortat dominus timorem carnalium animosque fragilium consolando erigit neque uel de suae conscientia culpae tremens uel de aliorum innocentia stupens secretis terroribus ad